



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Decretum de Purgatorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

ad eam pertinentibus. Si verò opportunum videbitur,
& tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmati-
bus tractari, prout suo tempore in Congregationibus
propountur.

Abbreviata est dies Sessionis.

SESSIO XXV.

QVÆ EST NONA, ET VLTIMA

SVB PIO IV. PONTIF. MAXIM.
COEPTA DIE III. ABSOLVTA DIE
IV. DECEMB. M. D. LXIII.

Decretum de Purgatorio.

 v m Catholica Ecclesia, Spiritu
Sancto edocta, ex sacris litteris,
& antiqua Patrum traditione, in
sacris Concilijs, & nouissimè in
hac Oecumenica Synodo docue-
rit, a Purgatorium esse; animas-
que ibi detentas, fidelium suffragijs, potissimum verò
acceptabili altaris sacrificio iuuari; præcipit sancta Syno-
dus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, a san-
ctis Patribus, & sacris Concilijs traditam, a Christi fide-
libus credi, teneri, doceri, & vbiq[ue] prædicari, diligenter
studeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac sub-
tiliores quæstiones, quæque ad ædificationem non fa-
ciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis accel-
sio, à popularibus concionibus secludantur. Incertai-
tem, vel quæ specie falsi laborant, euulgari, ac tractari
non permittant. Ea verò, quæ ad curiositatem quan-
dam, aut superstitionem spectant, vel turpe lucrum sapi-
unt; tamquam scandala, & fidelium offendicula pro-
lubent. Curent autem Episcopi, ut fidelium viuorum
suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, Eleemo-
nynæ, aliaque pietatis opera, quæ a fidelibus pro alijs fi-
deli-

Trid
30. at.

1571

20

526 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.
delibus defunctis fieri consueverunt, secundum Ecclesie instituta pie, & deuotè fiant, & quæ pro illis eisdem
fundationibus, vel alia ratione debentur, non
perfundatoriè, sed à sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris
alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accuti
persoluantur.

REMISSIONES.

* **V**ide Valuerd. Bellarmin. & Lensen. in suistract. de Purgatorio. Castr. aduersus hæreses, verbo Purgatorium, P. Soz. de Indulgenc. Sacerd. lect. i. de Purgatorio. Theodor. Peltan de Purgat. Contad. i. q. 9. de Indulgenc. Greg. de Valentia, tom. 4. disp. ii. de locis membra-
ptaculis animarum post mortem, q. i. puncto 1. Nicolo Diaz de
tado del Iuyzio final. c. 6. §. 2. P. Soz. tom. 4. disp. 45. sect. i. opere
Doctor Martin Carrillo en la explicacion de la Bulla de los despusales
princ. Fr. Emman. quarti. Regul. tom. 3. q. 44. art. 1. P. Agid de
mentis, & censur. tom. 2 disp. ii.

β De loco Purgatorij, vide Valent. d. q. i. puncto 2. P. Soz. d. i. q.
sect. 2. D. Martin Carrillo vbi suprà, p. i. cap. 2. P. Agid d. d. d. d.
num. 17. cum seqq.

γ Quas penas anime in Purgatorio patientur, explicant Pe-
ler. lect. 2. de Purgat. Angles p. i. Flotum Theolog. q. 4. de Purgat.
Ioann. Lensen. de fiduciam animarum in purgat. lib. i. cap. 2. Vocab. Candelabro aureo, p. i. de Purgat. nume. 8. Cædin. Bellarm. de
Purgat. cap. 10. cum quatuor seqq. P. Valent. d. disp. ii. q. i. p. 1.
Pat. Soz. tom. 4. disp. 46. Lect. 1. & 2. P. Agid. d. disp. ii. d. ob. 2.
cum seqq. D. Martin Carrillo vbi suprà, p. i. cap. 3.

De inuocatione, & veneratione, & reliquiis Sandarum,
& sacris imaginibus.

* **M** Andat sancta Synodus omnibus Episcopis, cæteris docendi munus, curamque sustin-
bus, ut iuxta Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vi-
primævis Christianæ Religionis temporibus receperint
sanctorumque Patrum consensionem, & factorum
eilorum decreta, in primis de Sanctorum intercessione,
inuocatione, Reliquiarum honore, & legitimo impor-
num usu, fideles diligenter instruant, & docentes.